

primum scilicet omnibus hominibus, tam adultis, quam parvulis: Penitentiam vero solummodo adultis, qui peccaverunt post baptismum. Cetera vero Sacramenta esse necessaria secundum quid, seu ad meliorem esse; hoc est necessitate Præcepti, singulis privatis hominibus; nam toti Ecclesiæ, & universali hominum communitati sunt omnia Sacramenta necessitate Medii, & simpliciter necessaria, bene explicant Maffius in 4. sent. d. disp. 1. n. 368. Et in Theolog. Moral. d. disp. 16. num. 61. nec non Eminent. Cardin. de Lauræa d. disp. 6. de Sacram. in genere art. 2. per totum. Porro Baptismus dicitur necessarius Parvulis necessitate Medii, strictè, & absolute, quia in voto non potest suppleri (excepto casu Martyrii:) ac in adultis non baptizatis est necessarius necessitate Medii, & simpliciter, sed latè, & non strictè, quia si sit impossibile ipsum in se suscipere, sufficit in voto, ut docuimus supra Decif. XXVII. & idem intelligendum de Sacramento Penitentia: quod deficientibus Consecratis potest suppleri in voto cum actu contritionis, & dilectionis Dei. Gobat d. traç. 2. num. 114.

Hic præmissis, respondentes Quæsto dixerunt, Magnam esse differentiam inter necessitatem Baptismi respectu Infantium, & respectu Adultorum: quandoquidem in Adultis Baptismus est necessarius necessitate Medii, & simpliciter; sed latè, & non strictè, eò quia si non sit illis possibile actualiter baptizari, & non sit locus Martyrio, possunt salvari per Baptisum Flaminis, illum in voto, & desiderio suscipientes. Verùm in infantibus Baptismus est necessarius necessitate Medii, & simpliciter, nec non strictè, & absolute sumpta; quia in re debent baptizari, id est aut aqua, aut sanguine per Martyrium; aliàs salvari non possunt; prout docent omnes Theologi, tenuerunt SS. Patres, & est definitum à Sacris Conciliis, quæ, & quos referunt, & allegant Bonacina de Sacram. disp. 2. q. 2. p. 2. n. 8. Layman lib. 5. traç. 2. cap. 6. num. 6. Gobat d. traç. 2. n. 116. Maffius in 4. sent. disp. 2. de Baptismo num. 214. Et in Theol. Moral. disput. 17. n. 41. & abundantius Eminentiss. Cardin. de Lauræa de Baptismi necessitate disp. 13. num. 67.

Ex his patet non absque fundamento à diversis Theologis haberi pro hæretica, aut saltem pro erronea, & temeraria opinionem illorum, qui scripserunt, infantes morientes in utero materno absque Baptismo, posse salvari propter fidem parentum; ut scripsit Cajetanus 3. p. q. 68. art. 2. & 11. & Campanella apud Caramuelum in Theol. fundam. n. 181 5. licet enim hæc opinio præferat quandam speciem pietatis, est aliena à sensu, & dogmatibus Sanctæ Mariæ Ecclesiæ, & idè S. Pius V. iussit, illam Cajetani esse præmittendam in Editione Romana operum Divi Thomæ, ut notat Aretinus in 4. d. 4. q. 3. art. 3. relatus à Mario in Theol. Moral. d. q. 17. num. 41. quod inquit etiam Emin. Card. de Lauræa d. disp. 13. art. 6. à principio ad finem; ubi, ob suam egregiam modestiam, nec nominat Auctores præfære opinionis reprobatæ, nec eos censurat; subdens, sibi sufficere, eisdem opinionis improbabilitatem ostendisse, ut saluti proximorum consulat, & sibi satis esse Theologum agere.

Hic autem notandi veniunt hæretici, qui olim asserere sunt ausi, quòd Baptismus nihil valebat, si daretur pueris ante eorum intelligibilem ætatem. Tales fuerunt Petrus de Brui Ann. 1126. (contra quem scripsit Petrus Cluniacensis lib. 1. epist. 1. & 2.) & Henricus Monachus Apostata ejus discipulus, quem coercuit S. Bernardus Episc. 240. ac Hæretici Albanenses Ann. 1176. de quibus omnibus meminit Spondanus ad dd. annos. At nulli prorsus esse necessarium baptismum, effutire non erubuerunt Sampson Presbyter Scotus Anno 748. & post eum Bengarius Anno 1035; qui pluries in abjuratos errores

relapsus, tandem nonagenarius penitens, ut creditum fuit, obiit, & in obitu dixit: Hodis apparebit mihi Dominus meus JESUS CHRISTUS propter penitentiam, ut spero, ad gloriam; vel propter alios, ut timo, ad pœnam. Ita Spondanus Anno 1088. num. 5. in fine.

DECISIO XXXIII.

ARGUMENTUM.

Recensentur effectus duodecim, quos producit in baptizatis Sacrum lavacrum Baptismi. Inter eosdem numeratur sanitas miraculosa à desperatis corporis infirmitatibus. Circa eisdem varia exempla afferuntur.

SUMMARIUM.

- 1 Effectus Sacramenti Baptismi duodecim. Et qui?
- 2 Debita baptizandi vel ex delicto, vel ex contractu an remittantur ei per Baptisum? Sanitates corporales ex Baptismo.
- 3 Irregularitates omnes tollit Baptismus, non etiam Bigamiam.
- 4 Sacerdos bonus baptizans magis proficit baptizato, quam malus.
- 5 Catechumenus moriens an sepeliatur in loco sacro?
- 6 Baptizandus non evadens, vel non dolens de peccatis an validè baptizetur.
- 7 Gratia, quæ datur baptizatis, an æqualis sit in omnibus?
- 8 Veniendus Martyr baptizatus à Christo Domino.

Nunc autem videamus: Qui sint effectus Baptismi? Et equidem, effectus Baptismi sunt duodecim. Primus est Character, nempe signum quoddam spirituale indelebile, impressum in anima baptizati; ratione cujus baptismus semel rite susceptus iterari non potest. Cap. Majoris. de Baptismo. Et hoc est de fide definitum in Conc. Florent. in Decret. Eugenii 9. §. Ecclesiasticorum. Eriam Trident. sess. 7. Can. 9. Et ad hunc effectum consequendum sufficit in Adultis baptizatis virtualis intentio suscipiendi Baptisum. Secundus effectus est Gratia sanctificans, quæ infunditur in anima baptizati; (non ponentis obicem vel fictionis, vel affectus ad mortale) & per quam homo justificatur. Concil. Florent. loc. cit. Et in Trident. sess. can. 11. Hunc autem effectum inseparabiliter sequitur Tertius, nempe infusus Virtutum Theologicarum fidei, spei, & charitatis. Concil. Trid. sess. 6. cap. 7. non etiam Moralium, ut docet Maffius in 3. sentent. disp. 7. q. 2. Et in Theol. Moral. d. disp. 17. sub num. 49. ubi Thomistas dissentire advertit. Quartus est delectio peccati originalis. Quintus est actualis in Adulto, qui mortaliter, seu venialiter peccaverit. dicit Concil. Florent. loc. cit. §. Primum omnium; videlicet quamcumque culpam tam originalem, quam actualem. Sextus effectus est remissio omnis pœnæ, quæ in alia vita erat luenda; ita ut homo, qui statim moritur post Baptisum, licet adultus, & magnus peccator, evolet immediate ad Cœlum. cap. Per baptismum. de consecrat. dist. 4. Concil. Trid. sess. 5. can. 5. sess. 6. cap. 14. & iterum sess. 14. cap. 8. Et probat praxis Ecclesiæ Universalis, quæ nullam satisfactionem imponit Adultis baptizatis, etsi antea fuerint magni peccatores. Pœnalitates tamen hujus vitæ, ut morbi, fames, sitis, fomes peccati, & inordinatio potentiarum in præsentem non tolluntur, sed equidem virtute Baptismi tunc auferuntur, quando Mortale hoc inducit immortalitatem.

1. Cor.

1. Cor. 15. 54. videlicet post resurrectionem in die Judicii. Debita vero inita per Adultum baptizatum ante Baptisum, sive ex contractu, sive ex delicto, quæ tangunt iustitiam proximi, non delentur. DD. in cap. Gaudemus. de Divort. Quæ vero sunt in injuria Dei, ex benignitate Ecclesiæ remittuntur. Layman lib. 5. traç. 5. par. 5. cap. 6. num. 9. ubi de Judæo fure, homicida, vel sacrilego ad fidem converso. Porro ex immensa Dei benignitate per Sacramentum Baptismi etiam corporis sanitatem concessum (prout Constantino Imperatori, Præpedignæque Principissæ Patavinæ, tempore S. Prodocimi) & à Dæmonis infestatione liberationem, aliasque gratias elargitas, in duobus, & quadraginta probatis exemplis demonstrat Joan. Bonifacius Bagatta in admirandis Orb. Christ. tom. 1. lib. 3. cap. 1. prout etiam Hieron. à Basilicæ petri in suis Ephemerid. Sacris ubi die 8. Januarii narrat de quodam Judæo divite, sed Paralytico, baptizato, & statim sano effecto à B. Attica Patriarcha Constantinopolitano. Et eodem die scribit, Odiliam Virginem cæcam à nativitate filiam Eritonis Ducis Alatiæ, statim ac recepit sacrum lavacrum baptismale à S. Erardo Episcopo, obtinuisse cum lumine fidei etiam lucem corporalem. Item die 13. Januarii, Quiriacam Principissam Valentianam ablutam aqua baptismi à Sancto Potito Martyre adinstar Constantini Imperatoris statim à lepra fuisse mundatam. Similiter ab eadem lepræ infirmitate sanatus fuisse Orioldam filiam Alais Ducis Brixie tinctam salutaris Baptismatis unda à Sancto Honorio, qui deinde fuit electus Episcopus Brixientis, notat idem Hier. à Basilicæ petri die 24. Aprilis, in Vita ejusdem Sancti Honorii, quem docet Parochus, & Prædicatores vidisse, & legisse. Septimus effectus est, conferre quodæ omnia illa auxilia supernaturalia, quæ sunt proportionata fini, ad quem Baptismus est institutus; videlicet ad servandam divinam legem, ad sacramenta digne suscipienda, aliaque Religionis, & pietatis exequenda officia. Maffius in Theolog. Moral. d. disp. 17. numer. 51. ubi docet, omnia sacramenta conferre specialia auxilia ad finem proprium ordinata, ob quem singula sacramenta sunt instituta. Oportet aut ablatio omnium irregularitatum ex delictis commissis ante Baptisum, etiam ex Homicidio, excepta tamen Bigamia; & ratio est, quia irregularitates, quæ sunt pœnæ Ecclesiasticæ, non efficiunt illum, qui non reperitur in gremio Ecclesiæ; & cum delicta commissa ante Baptisum jam transferant, neque habeant actum permanentem, pœnæ eorum causa statim non resurgunt post Baptisum. Porro Bigamia habet actum permanentem, & perseverantem etiam post Baptisum; non enim fieri potest, ut qui duas uxores habuit, vel viduam duxit in Matrimonium, non divideret carnem suam, & non sit Bigamus; idè post Baptisum afficitur hac irregularitate. cap. Si quis Vitium. dist. 34. Maffius in Theol. Moral. disp. 13. num. 133. & Layman lib. 1. traç. 5. part. 5. cap. 6. num. 8. & 9. ubi subdit, infamiam facti contractam ante Baptisum deleri in Baptismo, non autem infamiam Juris, quæ ex Judicis sententia resultat. Nonus effectus est habitatio ad recipienda cætera Sacramenta; juxta tritum axioma, quòd Baptismus est janua omnium Sacramentorum. Decimus est obligatio servandi Decalogi Præcepta, nec non illa Ecclesiæ, & servandi fidem. Undecimus quandoque est specialis prerogativa sanctitatis, proveniens in pueris lavacro Baptismi regeneratis, qualis fuit in Sancto Niccolao de Myra, ablinentia inchoatio: cum enim infans reliquos hebdomadæ dies laugeret frequentibus; quarta, & sexta feria semel dumtaxat, idque Vespere soluebat. Quæ jejuniis consuetudinem adultus semper coluit. Brevar. Rom. in l. die 6. Decembris. Et eandem devotionem, ac jejunii exequenda in genere.

citationem à SS. Rocho, & Stephano Carthusiano Episcopo Diensi, observatam in ætate infantili notat Joan. Bonifacius Bagatta in Admirandis Orbis Christi. tom. 2. lib. 5. cap. 4. §. 8. num. 3. & 4. Porro talis effectus sæpe provenire potest ex merito vel Parentum, vel Sacerdotis baptizantis; est enim utilis baptizari à bono Sacerdote, quam à malo, quia ejus orationes magis profunt baptizato, quod est intelligendum de congruo, non autem de condigno, juxta doctrinam S. Thomæ 2. 2. q. 114. art. 6. & S. Bonavent. in 2. d. 27. art. 2. q. 2. quod observat Maff. in 4. sent. disp. 1. de Sacram. in genere q. 9. Et in Theolog. Moral. d. q. 17. num. 53. & Eminent. Cardin. de Lauræa de Baptismo disp. 11. n. 111. Duodecimus tandem effectus proveniens à Baptismo est Jus Ecclesiasticæ sepulturæ; quapropter baptizatus est in loco sacro sepeliendus. Caramuel in Theol. fundam. num. 1400. Diana part. 4. traç. 3. resol. 9. referente in Coord. tom. 8. traç. 8. resol. 7. id intelligendo etiam de Baptismo dubio. Gobat d. traç. 2. num. 640. Et num. 653. ubi idem docet etiam de Catechumeno: & carpit contrarium scribentem Laymanum lib. 3. traç. 5. cap. 12. num. 11.

Hic duo Corollaria veniunt annotanda. Unum, quòd si quis adultus accedat ad Baptisum cum fictione, nihil credens esse Baptisum, sed joci causa, vel motivo turpis lucri, iste nullum recipit effectum Sacramenti, neque characterem. Mirabile est exemplum, quod legitur apud Bollandam, de quodam infidele, qui sicte Baptisum suscepit, & vix completa administratione Sacramenti, ventus validus irruit, & vestem candidam, quæ fallus Neophytus erat indutus, violenter arripuit, ac ea illum spoliavit, indicans nullum effectum Baptismi recepisse. Ita Bollandus die 13. Januarii. ex Actis S. Hilarii Episcopi Pithavenfis. At si fictio in eo consistat, quòd habens peccata mortalia, de illis eum non pœnitent; in hoc casu, licet credat, & intendat recipere Sacramentum, obtinet quidem characterem, sed non obtinet gratiam; quam solummodo recedente fictione obtinere poterit post Baptisum, mediante tamen attritione cum Sacramento Penitentia, confitendo fictionem ipsam, & peccata, de quibus delectabatur in suscipiendo Baptismo; vel mediante contritione, cum proposito eadem confitendi; ut bene disputat Eminentiss. Cardin. de Lauræa de Sacram. in genere disp. 11. artic. 4. & 5. de Sacram. Baptismi disp. 14. art. 6. quibus in locis respondet Theologis asserentibus, fictionem tolli, & gratiam obtineri per solam attritionem absque Sacramento Penitentia, æqua lance, ut fieri poterat in Baptismo. Et circa hoc novissimè Maffius in Theol. Moral. d. disp. 17. num. 56. & 57. distinguit obicem negativum ab obice positivo. Primus est, si in Baptismo non habuit attritionem peccatorum ex oblivione, vel ignorantia; & in hoc casu dicitur per attritionem solam post Baptisum obtinere gratiam, & delectationem peccatorum. Obex vero positivus est delectatio peccatorum in actu Baptismi, & in hoc casu, ut diximus supra, non sufficit attritio sola, sed requiritur Sacramentum Penitentia, cum actuali confessione peccatorum; vel contritio cum voto confitendi.

Alterum corollarium est; quòd Adultis in Baptismo datur major, vel minor gratia juxta majorem, vel minorem eorum dispositionem, devotionem, & affectum. Parvulis vero, etsi ratione Sacramenti Baptismi detur omnibus, & singulis æqualis gratia; tamen alicui eorum potest dari major, tum ex majori devotione Parentum, vel Sacerdotis baptizantis ex congruo, tum ex speciali benevolentia Dei. Maffius d. disp. 17. num. 52. in Theol. Moral. & Eminent. Card. de Lauræa de Sacram. in genere disp. 1. art. 8. per totum. Et equidem copiosum

D

sum spiritualis gratiæ munus credendum est recepisse in baptismo S. Venerandum Martyrem, qui cum esset Catechumenus veniens ad fluvium Scquanam, eidem Christus apparuit, & perfectè credentem in fluvio baptizavit; deditque illi baculum aridum, mandans ut ipsum in terram figeret, prout fecit, moxque flores, & frondes produxit, quo viso miraculo diligenti triginta homines pagani conversi sunt; ut latius scribit Petrus de Natalibus lib. 10. cap. 60. de S. Venerando, qui postea meruit palmam Martyrii obtinere.

DECISIO XXXIV.

ARGUMENTUM.

Disputatur, an liceat baptizare plures infantes unica vice, & actione? Prout etiam an peccet mortaliter ille, qui baptizat existens in peccato mortali.

SUMMARIUM.

1. Baptizare plures infantes unica actione an liceat?
2. Exorcismi in baptismo, & alie Orationes unica vice pluribus baptizandi fieri possunt.
3. Ritualis Romani Rubricæ sunt de Præcepto, & obligant sub mortali.
4. Baptizans in mortali peccato mortaliter.
5. Mortis infans non baptizari permittenda potius, quam mortaliter peccare.

Porro duo casus veniunt resolvendi, qui non distant à praxi, & facillimè occurrere possunt animarum Rectoribus circa Baptismum. Primus est huiusmodi: Tres infantes eodem tempore deferuntur baptizandi ad Ecclesiam: Parochus, ut citius se expediat, plurali locutione eos simul baptizat. Quæritur, an licet, & valide? Respondendum est cum distinctione. Vel ipsæ tribus Infantibus imminet periculum mortis ex infirmitate, vel alia urgentissima causa aderat, & tunc Parochus plurali locutione usus, illos baptizavit licet, & valide. At si absque mortis periculo, vel urgentissima causa id fecit, baptizavit valide; sed non licet. Quod valide baptizaverit, probarunt ex eo, quia ex institutione Christi non habetur, ministrum Baptismi teneri ad unum tantum singulis vicibus baptizandum; imò est communis opinio, ab Apostolis unica vice iuiste plures baptizatos, ut habetur Act. 2. ubi una die ab hora tertia circiter tria millia hominum baptizaverunt per asperionem: (quamvis supra dixerimus, eos potuisse baptizari per immersionem, vel infusionem, cum plures essent Apostolorum discipuli.) Ulterius valet Baptismus plurium unica vice à Sacerdote factus plurali locutione; nam Sacerdos potest etiam plures Hostias simul consecrare. Quod autem illicet, constat ex eo, quia non licet mutare Ritum Sanctæ Matris Ecclesiæ, quæ prohibet, extra periculum mortis infantium, vel absque urgentissima causa, baptismum conferri plurali locutione, & sub unica forma; quamvis concedat, fieri exorcismos, & alias orationes in plurali recitare, ut habetur in Rituali Romano in fine Baptismi parvulorum: ubi Rubrica rubra sic statuit: *Si vero fuerint plures baptizandi, sive masculi, sive femine, in Catechismo masculinistatuantur ad dexteram, femine vero ad sinistram; & omnia verba plurali. Virum prima nominis interrogatio, & sufflatio, Crucis impressio, seu signatio, tactus aurium, & narium cum saliva, abrenuntiationis in-*

terrogatio, unctio olei Catechumenorum, interrogatio de fide, seu symbolo, ET IPSE BAPTISMUS, in unctio Chrysmatis, candide vestis impositione, atque accense candle traditio, singulariter singulis, & primum masculis, deinde feminis fieri debent. Ita Rituale Romanum, quod quidem obligat sub mortali peccato, ut docent Menoch. Conf. 52. num. 145. Loter. lib. 1. q. 16. num. 123. Gratian. discept. forens. cap. 151. numer. 7. & Speirell. Decis. 179. num. 23. ubi alii DD. Quocirca concludendum illicet prædictum Parochum egisse, etsi valide. S. Thom. 3. p. q. 66. artic. 9. ad 4. Layman lib. 5. traç. 2. cap. 7. num. 7. infine. Magistrus in Theolog. Moral. d. disp. 17. num. 34. Cottonius lib. 2. controv. 2. cap. 2. numer. 24. & Eminentiss. Card. de Lauræa de Baptismo disp. 16. num. 35.

Alter casus talis est: Baptizat Parochus existens in peccato mortali, Quæritur, an licet? Distinguere oportet: Vel baptizat solemniter, & absque dubio non agit licet; quia peccat mortaliter, tum quia hic est sensus totius Ecclesiæ, tum quia est Præceptum Divinum, Sacramenta non ministrari ab indignis, iuxta illud: *Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat.* Psal. 100. & illud: *Recedite polluti, recedite, abie, mundum nolite tangere.* 2. Thren. 4. tum etiam quia scripsit S. August. lib. 2. contra epist. Parmeniani cap. 10. *Omnia sacramenta cum obstit indigni tradantibus, profertur tamen per eos dignè sumuntibus, & habetur in cap. Omnia 1. q. 2. idcirco sic sentiunt omnes DD. S. Thom. 3. p. q. 64. art. 6. Valquez disp. 136. cap. 3. Suarez disp. 16. sect. 3. & alii, quos allegat Layman lib. 5. traç. 1. cap. 5. num. 7. quibus addendus Eminentiss. Cardin. de Lauræa de Sacram. in gen. disp. 10. num. 41. & segg. Vel è contra Parochus baptizat privatè, id est in casu necessitatis; non tamquam ex officio, & publicus Minister, sed tamquam homo privatus, & in hoc casu duæ sunt opiniones. Una largior, quæ illum excusat à peccato mortali. Cardin. Tolet. lib. 2. cap. 20. numer. 2. Summa Diana Verb. Baptismus n. 16. Ipse Diana part. 5. traç. 1. cap. 5. num. 7. quibus addendus Eminentiss. Cardin. de Lauræa de Sacram. in gen. disp. 10. num. 41. & segg. Vel è contra Parochus baptizat privatè, id est in casu necessitatis, existentemque in mortali peccato mortaliter, cum semper ex officio, & vi ordinationis censetur baptizare. Ita Angelus Verb. Baptismus s. 6. Layman d. lib. 5. traç. 1. cap. 5. num. 8. & 9. ubi Laicos in hoc casu baptizantes putat, tantummodò venialiter peccare. Sed Emin. Card. de Lauræa fortiter corrobora hanc secundam opinionem, & sustinet tam Sacerdotem, quam Laicum (si in mortali sint) baptizantes etiam privatè, & in casu necessitatis, peccare mortaliter; quia pari modo administrant Sacramentum ex officio Sacerdos, & Laicus; uterque enim est à Deo ordinatus minister Baptismi in casu necessitatis, & habet à Deo potestatem baptizandi; idcirco in utroque casu, & utraque persona baptizans in peccato mortali peccat mortaliter, quia utraque non conformatur Agenti principali Sanctissimo, qui secum cooperatur in baptismo, nempe Deo, & uterque, Sacerdos scilicet, & Laicus, se difformat Sacramento, quod est sanctum. Ita præcitat. Eminentiss. Cardin. de Lauræa de Sacram. in genere d. disp. 10. art. 4. per totum. ubi num. 47. in detestationem peccati mortalis, & offensæ Dei probat, esse potius permittendam mortem pueri sine Baptismo, quam illum baptizare in peccato mortali; nam omnis homo debet magis diligere Deum, ac seipsum, quam proximum; ac magis debet in se vitare peccatum mortale, quam in alio dam-*

natio-

nationem, & ratio rationis est, quia prohibitio de administrando in mortali est absoluta, & nullum excipit casum. Hinc Scotus in 4. dist. 5. q. 2. I. scriptum reliquit, Patrem debere potius permittere mortem filii sui sine Baptismo, si ipse nesciat illum baptizare, quam dare pecuniam alicui Simoniaci, ut eundem baptizet. Glossa verò in cap. Baptizandis. in Verb. Moliantur. 1. q. 1. ait, hanc doctrinam esse veram speculative, sed in praxi non servandam. Quæ quidem secunda opinio strictior, imò strictissima sustinetur ab eodem Eminen. Purpurato de Lauræa etiam in traç. de Baptismo disp. 15. n. 15. cum qua est nobis, & studiosis nostris transeundum; ut horrorem concipiamus peccati mortalis, & sacrilegæ actionis. Ita tamen ut sciamus in casu proposito, esse quidem infantem baptizandum à Parochis, præcipue si ille sit in mortis periculo, sed præmissio actu contritionis, cum proposito consistendi quanto citius poterit. Idcirco oportet uti dicta rigorosa opinione ut dicamus, & populo doceamus, actus contritionis elicere, ita ut etiam ex abrupto dignè, ac licetè possimus ministrare Sacramenta; non autem, ut sinamus aliquem infantulum decedere sine Baptismo; quia committeremus aliud mortale peccatum contra charitatem, non adjuvantes proximum in extremæ necessitatis casu; quod quidem esse committere peccatum mortale, abstinendi causa à peccato mortali. S. Thom. 2. 2. q. 25. art. 8. Magistrus in Theol. Moral. disp. 10. num. 51. & 52. Layman lib. 2. traç. 1. cap. 3. de Ordine charitatis n. 3. & Gobat traç. 2. num. 237.

DECISIO XXXV.

ARGUMENTUM.

Ostenditur, Ministros ordinarios Baptismi esse Papam in toto orbe, Episcopum in sua Diocesi, & Parochum in sua Parochia. At in casu necessitatis quilibet potest baptizare, servata tamen prerogativa personarum hic notata. Utrum Angeli possint ministrare baptismum? & an etiam dæmones.

SUMMARIUM.

1. Papa est minister Baptismi ordinarius in toto mundo.
2. Episcopus quilibet in sua Diocesi.
3. Baptizare est de Juribus Parochialibus.
4. Diaconus quando possit solemniter baptizare?
5. Parochus nondum Sacerdos an possit baptizare.
6. Necessitatis in casu quilibet potest baptizare.
7. Ordo servandus inter personas pro Baptismo in casu necessitatis.
8. Angeli an possint baptizare? & an Dæmones?

IN omni Sacramento principaliter cognoscere oportet Quis sit ejus Minister, à quo possit dispensari: & hoc modò magis est sciendum in Baptismo, quapropter hic examinabimus, Quis sit proprius Minister Baptismi extra casum necessitatis? Respondent omnes Doctores, tam Theologi, quam Canonistæ. In toto mundo esse Summum Pontificem: idcirco Sanctus Pius Papa Quintus Familiam quamdam, ex primariis inter Judæos, ad fidem Christianam conversam, in Ecclesia Sancti Petri Romæ, magno populorum concursu, & apparatu, propria manu baptizavit; idcirco fecit Summum Pontifex Gregorius XIII. ut notat Barbosa de Offic. & potest. Episc. part. 1. tit. 2. gloss. 17. num. 10. & 11. In tota autem sua Diocesi ordinarius minister Baptismi est Episcopus, qui cum sit Prin-

ceps in sua Ecclesia, ad eum spectat principaliter recipere advenientes ad ejus gremium, ut ex Scoto, & S. Bonavent. probat Eminentiss. Card. de Lauræa de Baptismo disp. 15. num. 4. præcipue si baptizandi sint adulti, ne forte ob quantum reiterentur Baptismum. Sarnell. d. epist. 31. pag. 227. In Parochia verò est solus Parochus. cap. Constat. 1. 7. De Consecrat. dist. 4. ea ratione, quia baptizare censetur inter jura Parochialia. Rota decis. 52. à num. 34. & segg. par. 2. divers. Loter. de Re benefic. lib. 1. quest. 28. num. 54. Gobat de Baptismo traç. 2. n. 130. & Barbosa de Parochia cap. 18. num. 7. Ex delegatione autem facta ab Episcopo, vel à Parochis quilibet Sacerdos est minister Baptismi, extra necessitatem, & solemniter conferendi. S. Thom. 3. part. 4. q. 67. art. 2. Eminentiss. Card. de Lauræa d. disp. 15. num. 5. Barbosa de Paroch. d. cap. 18. num. 9. Diaconus etiam extra casum necessitatis potest esse minister solemniter Baptismi, ex commissione tamen Episcopi, seu Parochi; id est si ab Episcopo, vel Parochi delegetur ei in aliquo casu hoc munus solemniter baptizandi. Cap. Diaconus. 13. & ibi gloss. dist. 93. cap. Constat. 17. ubi pariter Glossa in verb. Presbytero. 4. de Consecrat. dist. 4. Layman lib. 5. traç. 2. cap. 7. num. 3. Gobat d. traç. 2. num. 137. ubi tamen docet, hoc munus non esse delegandum Diacono, nisi quando nullus Sacerdos haberi possit, cui Parochus impeditur committat facultatem baptizandi, attentata consuetudine, quæ à Diaconis hoc ministerium abstulit ex Scoto in 4. dist. 4. art. 1. Imò idem Gobat ibid. num. 140. ex Suarez, & Vasquez subdit, Diaconum baptizantem solemniter extra casum necessitatis, & sine commissione Episcopi, vel Parochi, incurere irregularitatem decretam in cap. 1. de Cleric. non ordin. ministr. quod nos notavimus supra Decis. XXVIII. num. 2.

Porro quod diximus supra, Parochum esse ordinarium ministrum Baptismi in sua Parochia, idcirco ligere debemus, si sit Sacerdos, aut saltem Diaconus; quandoquidem in ordine Subdiaconatus, aut in minoribus ordinibus tantum constitutus, quamvis assequatur Parochiale beneficium, non habebit Jus baptizandi extra casum necessitatis. Gobat d. traç. 2. de Baptismo num. 138. & 139. Quamvis contrarium procedat in Sacramento Matrimonii, quod valide celebratur coram Parochio etiam non Sacerdote. Gobat traç. 9. num. 486. Diana part. 1. traç. 3. resol. 32. legenda in Coordinato tom. 2. traç. 6. resol. 88. imò non habente, nisi solum primam tonsuram, si ipse Parochus possessionem Parochialis Ecclesiæ sit adeptus. Barbosa de Paroch. cap. 21. num. 60. Et de Episcopo allegat. 32. num. 105. ubi cumulat alios.

Quòd si quæramus, Quis sit Minister Sacramenti Baptismi, in casu necessitatis? Dicendum est, In casu extremæ necessitatis pueri, Verbi gratia, periclitantis, quamvis personam humanam, rationis participem, virum, aut feminam, fidelem, aut infidelem, Catholicam, sive hæreticam, non solum valide, sed etiam licetè baptizare posse; dummodò apta sit puerum abluere, & legitimam formam proferre, cum debita intentione faciendi, quod facit Ecclesia. Cap. Firmiter. de Summa Trinit. & fide Cathol. Cap. In necessitate. & in cap. Quodam. de consecrat. dist. 4. Concil. Florentin. in Decret. Eugenii. S. Thom. 3. p. q. 67. art. 3. Eminen. Card. de Lauræa de Baptismo d. disp. 15. artic. 1. per totum. Eminentiss. Cardin. Capisuechius in quest. Theolog. select. quest. 1. pag. 4. col. 1. & ibi c. si quem forte. 24. q. 1. cap. Præter. 6. Verum. 32. dist. 4. in cap. Arrianos. 1. q. 1. Barbosa de Jure Ecclesiast. Univ. lib. 1. c. 34. num. 32. & Magistrus in Theol. Moral. d. disp. 17. num. 33. ubi subdit, quòd hujus liberæ facultatis congruentia est maxima hujus Sacramenti necessitatis, ob quam Divina Pietas voluit, ut à quocumque ho-

D 2

mine in casu necessitatis, validè, & licitè conferri possit. Est tamen servandus aliquis ordo personarum in hoc necessitatis casu, pro ministrando Baptismo, videlicet, ut Sacerdos præferatur Diacono, 7 Diacono Subdiacono, Subdiacono initiatis minoribus ordinibus; Clerici tonsurati tantum; habens primam tonsuram præferatur laicis, & inter laicos femina non baptizet præter viro; nisi ipsa esset magis instructa in hoc ministerio, quam vir. Matruius d. disput. 17. num. 33. & Layman. d. lib. 5. tract. 2. cap. 7. num. 3. & 4. qui advertunt, esse culpam gravem pervertere dictum ordinem in exclusionem habentium ordines sacros; venialem verò si agatur inter habentes ordines minores, vel inter laicos. Cæterum omnes prædicti in casu necessitatis baptismum privatum dare possunt, non autem solemne; quia si quis non Sacerdos baptizaret cum ceremoniis, & solemnitatibus, mortaliter peccaret, & irregularis ferret, cap. 1. de Clerico. non ordin. ministr. & Matruius d. num. 33. in fine.

Conolari loco, hic duo Quæstia curiosa, unico verbo veniunt resolvenda. Unum est, an Angelus possit esse minister Sacramenti baptismi? Et affirmativè respondet Bonacia de Sacram. disp. 2. q. 2. punct. 5. proposit. 2. num. 8. Gobat tract. 1. num. 10. cap. 2. num. 158. & docet S. Thomas 3. p. q. 64. art. 7. scilicet ex Dei speciali commissione. Quod Angeli baptizaverint, non legitur non meminisse, sed utique quod ipsi fuerint Patrimi dum de Sacro fonte levaretur S. Eusebius, qui postea fuit Vercellensis Episcopus, ut scribit S. Antoninus in sua Historia par. 2. tit. 10. cap. 1. §. 2. At S. Venerandam fuisse baptismum à Christo Domino diximus supra Decif. XXXIII. num. 8. prout etiam Christum Dominum baptizasse S. Philemonem Martyrem notat ipse Gobat d. tract. 1. num. 158. & P. Bagatta in Admir. Orb. Christ. tom. 2. lib. 2. cap. 1. §. 2. num. 15. ex Surio in eius vita. Quæstium alterum est, an diabolus possit ministrare hoc Sacramentum Baptismi? Et respondet affirmativè, si sic Deus illi imponeret, Emin. Card. de Lauræa ex mente Scoti, d. disp. 15. de Baptismo. num. 25. Verum quia diabolus est pater mendacii, & ejus invidia perdere nititur, quos Deus ad Cælum advocat, timendum esset de fraude, & Baptismum repetendum foret sub conditione; quod docet etiam de Itrigibus, fagis, & aliis maleficis mulierulis, à quibus collatus foret Baptismus, eruditè Gobat d. tract. 2. à num. 683. & seqq.

DECISIO XXXVI.

ARGUMENTUM.

In duobus sequentibus casibus duo queruntur, An quis possit baptizare seipsum? & an Patrinus non baptizatus contrahat cognationem spirituales? Infidelis baptizans eam non contrahit. Sed utique carnalem, si coeat cum fidele.

SUMMARIUM.

- 1 Seipsum an quis possit baptizare? Rationes quoddam.
- 2 Jura, & rationes quoddam non.
- 3 Patrinus non baptizatus an contrahat cognationem spirituales?
- 4 Infidelis baptizans eam eandem cognationem contrahat?
- 5 Et an cognationem carnalem si coeat cum fidele?

Non levis est disputatio, quam faciunt Theologi, an quis possit baptizare seipsum? Quapropter ad intelligendum hujusmodi difficultatis datur casus iste. Catechumenus bene instructus in fide, & proximè baptizandus, nocte correptus gravi cor-

dis dolore, solus existens, & timens mori, seipsum baptizat; Queritur, an validè? Videbatur dicendum, quod validè se baptizaverit. 1. Quia Eucharistiam quis potest sibi ministrare. Ergo & Baptismum. 2. Quia de Judæo, qui seipsum baptizavit, dicitur, quod si talis continuo decessisset, ad cælestem Patriam protinus evolasset in cap. Debitum. 4. de Baptismo. 3. Quia ex S. Augustino Accedente Verbo ad elementum fit Sacramentum. Sed in nostro Casu Verbum accessit ad elementum. Ergo. 4. Tria requiruntur ad Sacramentum, Materia, Forma, & Intentio. Sed hic interveniunt hæc tria. Ergo. 5. Ob necessitatem Sacramenti Baptismi permixtum est baptizare etiam Paganis. Ergo multò magis sibi ipsi. 6. Si quis in necessitatis articulo non possit seipsum baptizare, esset sibi præclusa via salutis. Ergo.

His tamen, & similibus minimè obstantibus, omnes dixere, prædictum Catechumenum non fuisse validè baptizatum; & idèò teneri suscipere Baptismum; quia sic decimum est ab Innocentio Tertio in cit. cap. Debitum 4. de Baptismo, & docent Glossæ in cap. Baptismi 32. in Verb. Necessitatis. de Consecrat. dist. 4. & in cap. Baptizandus. 98. in Verb. Moliantur. 1. q. 1. Eminentiss. Cardin. Toletus in Summa lib. 2. cap. 16. numer. 1. & eodem lib. 2. capit. 20. Summa Dian. Verb. Baptismi minister. numer. 45. & Eminentissimus Cardinal. de Lauræa de Baptismo d. disput. 15. art. 3. per totum. Rationes autem sunt plurimæ. 1. Quia inter ministrum Baptismi, & baptizatum requiritur personalis distinctio; nam Baptismus nosse fuit figuratus in Baptismo Christi, in quo ipse non fuit, sed à Joanne voluit baptizari. 2. Quia quando Christus instituit hoc Sacramentum, ostendit, debere esse distinctum ministrum à suscipiente; dixit enim: *Ue, docete omnes gentes baptizantes eos*, &c. & sic in Verbo *Ue* coexistit *Uos*, quæ est una persona; & in *Uos*, designat alia distincta à præcedenti. 3. In Baptismo celebratur spiritualis generatio, de qua dicitur: *Operet vos nasci denuo*. Joan. 3. 7 Sed in carnali generatione qui gignit, est alia persona ab ea, quæ gignitur. 4. Inter patrem, & filium est semper distinctio personalis. At baptizans est pater spiritualis baptizati. Quæ omnes rationes defumuntur ex eodem cap. Debitum 4. de Baptismo, & eas repetunt S. Bonavent. Scotus, Alenf. & alii apud Emin. Card. de Lauræa d. art. 3. disp. 15. & insinuant omnes Moralista.

Neque obstant argumenta contraria. Non primum, quia in Eucharistia non est confectio Sacramenti, sicut in Baptismo. Non secundum; verum est enim quod ille Judæus, si continuo decessisset, protinus ad cælestem Patriam evolasset, sed non propter fidei Sacramentum; sed propter fidem Sacramenti, ut dicitur in eod. cap. Debitum, scilicet quia erat baptizatus Baptismo Flaminis; quod poterat baptizari, & salvari etiam Catechumenus noiter. Non tertium, neque quartum: quia procedunt, si interveniat legitimus minister distinctus à suscipiente. Non quintum, & ultimum: quia etiam in ministro infideli representatur spiritualis paternitas, quæ debet esse distincta à filiatione, & deficiente quocumque ministro, dici non potest præclusa via salutis æternæ, dum per Baptismum Flaminis, & desiderium intentionis Sacramenti Baptismi, cum contritione culpæ, seu etiam cum sola attritione, juxta opinionem Eminent. Card. de Lauræa de Baptismo d. disp. 13. num. 47. à nobis relatum supra Decif. XXXVI. num. 5. Catechumenus salvatur, quod etiam Eminentia sua docet in cit. disp. 15. art. 3.

Et quoniam Patrimi suscipientes pueros de sacro fonte contrahunt cognationem, fit Casus: Turca qualificatus ad fidem conversus, adhuc tamen Catechumenus, suscipit alienum puerum è Baptismali fonte,

fonte. Queritur, an contrahat spirituales cognationem? Non contrahere omnes DD. respondent per text. in cap. In Baptismo 100. ubi Glossa de Consecrat. dist. 4. in quo statuitur; quod, In Baptismo, vel in Christum non potest alium suscipere in filium ipse, qui non est baptizatus, vel confirmatus. Undè *ly* Non potest infirmat omnino factum. Layman. cit. lib. 5. tract. 2. cap. 9. num. 2. ubi DD. cumulat. Ratio autem decisionis duplex est: Una, quod hoc impedimentum spiritualis cognationis est de Jure Ecclesiastico, cui non subjacet ille, qui non est baptizatus. Altera, quia sicut, ad carnalem cognationem inter duos contrahendam, opus est, quod uterque ab eodem communi stipite procedat, secundum carnalem generationem; ita ad spirituales generationem requiritur, etiam utriusque processio ab eodem stipite communi, scilicet Christo, secundum spirituales regenerationem per Baptismum. Matruius in 4. sent. de Matrimonio. Sacram. disp. 7. num. 465. Barbof. de Offic. & potest. Episc. alleg. 30. num. 34. Sanchez de Matrimonio. lib. 7. disput. 60. num. 7. & 20. Rebellus de oblig. Jus. part. 2. lib. 3. q. 6. numer. 6. & 7. Reginaldus lib. 21. numer. 157. Joan. Sanchez disp. 40. num. 15. Ricciullus de Jure personar. extra gremium Eccles. existens. lib. 2. cap. 4. num. 3. & passim omnes Moralista; qui subdunt, fidelem baptizantem filium infidelis non contrahere cognationem cum Patre, vel Matre infideli, ex eadem ratione supra allegata. Et e contra infidelem baptizantem in casu necessitatis filium fidelem, non contrahere cognationem spirituales, ita ut si ipse postea veniat ad fidem, possit ducere in Uxorem Matrem ipsius filii. Sanchez de Matrim. lib. 7. disput. 60. num. 11. Layman lib. 5. tractat. 10. part. 4. cap. 8. num. 2. quamvis cognatio carnalis contrahatur ab infideli etiam ante Baptismum, ratione cuius, post conversionem, nequit cum consanguinea, pariter baptizata, matrimonium inire; est enim dispar ratio, nam hoc impedimentum provenit à generatione naturali, quæ quidem eadem est, & remanet tam ante, quam post conversionem ad fidem. Matruius in 4. sent. de Sacram. Matrim. cit. disp. 7. num. 465.

DECISIO XXXVII.

ARGUMENTUM.

An in Baptismo privato sit adhibendus Patrinus? In Matrimonio varia nomina, ac conditiones demonstrantur. Unus tantum, vel unus & una solummodo admittendi. Si plures peccant, at contrahunt cognationem. De necessitate Patrimi, & Quando conjuges inter se ex hoc priventur jure petendi debiti?

SUMMARIUM.

- 1 Patrimi an adhibendi in Baptismo privato? & num. 9.
- 2 Patrinorum varia nomina.
- 3 Patrimi officium antiquissimum.
- 4 Patrinorum tres conditiones necessarie.
- 5 Patrinus unus tantum, vel unus & una admittendus in Baptismo.
- 6 Patrimi plures si veniant infantem, Utrum omnes contrahant cognationem.
- 7 Patrinorum plurium admissio in baptismo peccaminosa.
- 8 Maritus, & Uxor tenentur simul ad baptismum non contrahunt inter se cognationem spirituales.
- 9 Necessitatis in casu baptizatur sine Patrimo. Qui si adsit, contrahit cognationem. De Sacramento in genere.

- 10 Peccatum est baptizare solumiter sine Patrimo.
- 11 Pater, & Mater infantis quando licitè possunt esse Patrimi in ejus baptismo?
- 12 Patrinus tantum dum suppletur cæremone, an contrahat cognationem?
- 13 Catechismi impedimentum quid, & quale sit?
- 14 An sit sublatum à Concilio Tridentino?
- 15 Catechismus in Baptismo impedit, non dirimit Matrimonium.
- 16 Pater qui levavit filium de fonte an petat debitum à secunda Uxore?
- 17 Conjuges si ambo tenentur ad baptismum eundem infantem, an priventur jure petendi debiti?

Inter quæstiones principales concernentes personas Patrinorum una est: An in Baptismo privato sit adhibendus Patrinus? Pro intelligentia dicendorum circa prædictas Patrinorum personas, Primò præmittendum est: Patrinus, qui baptizandus tenent ad fontem, seu levant de fonte, variis nominibus vocari: Siquidem aliquando vocantur Fideiussores, cap. Vos ante. de consecr. dist. 4. Aliquando Sponsores. Tertullian. de Baptismo. cap. 18. Aliquando Fidei Doctores. S. August. epist. 25. Aliquando Patrimi: Concil. Parisien. lib. 1. cap. 54. Aliquando Patres Iustitici: Tolosan. Synag. Jur. Univ. part. 2. lib. 2. num. 18. Communiter tamen dicuntur Patrimi, & Compadres, quia sunt Patres Spirituales; nam, ut ait S. Thom. 3. p. q. 67. art. 7. *Spiritualis regeneratio, quæ fit per Baptismum, assimilatur quodammodo generationi carnali. In generatione autem carnali parvulus nuper natus indiget nutrice, & pedagogo: undè & in spirituali regeneratione Baptismi requiritur aliquis, qui fungatur vice nutricis, & pedagogi, informando, & instruendo eum quasi Novitium in fide de bis, quæ pertinent ad fidem, & vitam Christianam.*

Secundò præmittendum: Patrimi officium esse antiquissimum; nam ab initio primitivæ Ecclesiæ, in Sacramento Baptismi, Patrimi adhibebantur, ut eruditè comprobant Casalius de Sacram. Ver. Christian. Ritib. part. 2. cap. 35. & Hierolexic. Magri Verb. Baptismus pag. 71. col. 1. Hinc cum Beatus Antonius Presbyter baptizaret in carcere Maroniam, venerabilis filius ejus Celsus eam suscipiens, pater ejus, in Baptismi gratia, factus est. Surius in Vita S. Juliani Mart. 9. Januar. & Gobat. de Baptismo. d. tract. 2. num. 522. Et cum baptizaretur S. Eusebius (qui postea fuit Vercellensis Episcopus, de quo dictum est supra Decif. XXXV. num. 8.) manus Anglicæ visæ sunt, quæ eum de sacro fonte levaverunt. S. Antonin. 2. part. Hist. tit. 10. cap. 1. §. 2. Et quo tempore à S. Athanasio baptizatus fuit Beatus Martyr Anthusa, duo Angeli in specie militum apparuerunt, albas vestes illi deterecentes, ut ex Menolog. Græcor. refert P. Bagatta In admir. Orb. Christ. tom. 1. lib. 1. cap. 2. §. 5. num. 22.

Tertiò præmittendum: Ut validè obeatur munus Patrimi, tres conditiones requiri. Prima est usus rationis; nam infans, & qui non pervenit ad discretionis annos, Patrinus esse non potest, est certa ætas non sit stabilita. Secunda est Sacramentum; quia, qui baptizatus non est, minimè potest esse Patrinus in Baptismo, ut diximus supra Decif. XXXVI. num. 3. de Turca Catechumens; quod servatur etiam in non confirmato, ex communi DD. opinione, licet aliqui detrectent in Sacramento Confirmationis, quos citat Layman d. lib. 5. tractat. 2. cap. 9. numer. 2. & nos dicemus infra de Patrimo in Confirma. Tertia conditio est Intentio; non enim sufficit materialiter tenere puerum ad fontem, nisi adit interio formalis gerendi munus spiritualis Patris, secundum Ecclesiæ consuetudinem. Layman. ibid. Sed in foro exteriori hæc conditio non est considerata.

billis, quia qui tenet in fonte, semper censetur Patrinus, & cognationem contraxisse spiritualement. Gobat d. trah. 2. num. 577.

Quarto præmittendum: Quod, Unus tantum, sed Vir, sed Mulier, juxta Sacrorum Canonum instituta; Quod ad summum unum, & una baptismum de baptis-
 5 vel ad summum unum, & una baptismum de baptis-
 6 suscipiant, in quo, & baptismum ipsum, & illius Patrem, & Matrem, nec non inter Baptizantem, & baptismum, baptizatiq; Patrem, & Matrem tantum spiritualis cognatio contrahatur. Verba sunt Sacri Tridentini Concilii sess. 24. de Reform. Matrim. cap. 2. ubi ulterius præcipitur, prædictos Unum, & Unam, esse designandos ab iis, ad quos spectat, id est à genitoribus, vel majoribus baptizandi, & in eorum defectu, ab ipso Parocho baptizante; adeo ut si plures, præter unum, & unam, tenerint infantem, & non fuerint designati, cognationem spiritualement nullo pacto designant. Concil. Trident. ibid. Quod si pluri designati fuerint de fonte infantem, omnes contrahunt cognationem secundum Sanchez lib. 7. de Matrim. disp. 57. numer. 14. quia Concilium Tridentinum voluit solum prohibere talem numerum, & concursum Patrinorum; non autem irritare actum, si præter unum & unam alii designentur. Gobat d. trah. 2. de Baptism. num. 536. Maltrius in 4. sent. disp. 7. de Matrim. Sacram. n. 467. Et quod omnes Patrini contrahant cognationem spiritualement, dummodo sint designati, non solum est communis opinio Theologorum, & Canonistarum; de qua testatur Caramuel in Theolog. num. 553. Gobat d. trah. 2. n. 551. & Barbosa de Off. & potest. Episc. alleg. 30. num. 45. Sed ita esse decissum à Sacra Congregatione Concilii referunt Layman in d. lib. 5. trah. 2. cap. 9. num. 4. & Fagnanus in cap. Ex litteris n. 5. de Cognat. spirit. Cum hac tamen moderatione, ut omnes tangeant ad fontem ipsum baptismum tactu physico, vel de manu suscipiant baptizantis; quia si tantum assistant, cognationem spiritualement non contrahunt. Non est autem omnitem, quod Patres designando plures Patrinos, quam Unum, & Unam, & Parochus illos admittendo, peccant mortaliter. Barbosa d. alleg. 30. n. 44. Vega part. 1. cap. 3. casu 39. At peccatum non est, reculare officium Patris, nisi ex contemptu, vel si in magna necessitate sit requirens; adeoque personam nobilem necessitam fuisse à diabolo quia ex superbia detestari hoc officium respectu rusticelli, notat Gobat d. trah. 2. num. 577. Et tandem si maritus, & uxor teneant ad Baptismum ab aliis genitum infantem, nullam inter se signant compaternitatem spiritualement, sed hoc est veritatem ex cap. fin. 30. q. 4. Gobat ibid. num. 570. Quamvis in quo non sit. Sanchez de Matr. d. lib. 7. disp. 57. num. 5. Layman d. lib. 5. trah. 2. cap. 9. n. 3. & Gobat d. trah. 2. num. 570.

His ita præmissis; pro resolutione propositi Quæsitum dicendum, nullum reperiri Ecclesiæ præceptum, quo, in casu necessitatis, si baptizetur infans, sit adhibendus Patrinus: forsitan quia tempus non permittit eligere, & advocare iustitiam Patrem. Nihilominus si quis reperitur prærens, & velit tanquam Patrinus in illo actu baptismi privati infantem tenere, erit verus Patrinus, & contrahat spiritualement cognationem; ea ratione, quia contrahit spiritualement cognationem, quia Patrinus non tantum est ab Ecclesiâ requisitus uti Cæremonia in Baptismo solemni, sed præcipue propter obligationem instruendi baptismum, ut (contra Sanchez, Gobat, & Rodriq. contrarium sentientes) docent Navar. Vivald. Armilla, Suarez, Coninch, & trah. 2. cap. 9. n. 5. Vers. Dico secundum. Prout illam contrahit, qui in casu necessitatis baptizat. Marchantius in resol. Moral. de Baptism. cap. 5. num. 3. & Gobat d. trah. 2. num. 578. & 579. Ex quibus colligendum, esse quidem peccatum grave baptizare solemniter sine Patrino, ut ex Tannero, & can. cit.

ostendit Gobat d. trah. 2. num. 522. At nullum peccatum esse, non adhibere Patrinum in Baptismo privato, qui confertur in casu necessitatis. Sanchez de Matrim. lib. 7. disp. 67. n. 14. Diana part. 4. trah. 3. resol. 7. quæ habitationem conduxit in Coordinato, tom. 1. trah. 1. resol. 98. Gobat ubi supra num. 527. extendens hoc dictum etiam ad Baptismum datum sub conditione; cum officium Patris censetur ab Ecclesiâ introductum pro solo vero, certo, & absoluto Baptismo. Quintanadiv. in singular. trah. 1. sing. 18. Et Bonacina de Matrim. q. 3. punct. 5. §. 2. num. 10. Tandem hic venit notandum illud Moralistarum placitum, quod Pater naturalis potest esse Patrinus filii sui illegitimi, vel etiam legitimi, si uxor mortua sit ante baptismum prolem; & è contra Matrem posse esse Matrinam, & suscipere in fonte, quam peperit filiolium posthumum, Gobat d. trah. 2. de Baptism. num. 568. & 569. ubi dat exemplum S. Montæ Matris S. Augustini; & Card. de Lugo in Resp. Moral. lib. 1. dub. 6. Quod ego non admittem in praxi, siquidem Ecclesiâ intendit, Patrinum esse debere alium à Patre, vel Matre naturali ut representetur Paternitas spiritualis regenerationis; tum ut baptismus habeat alium fidel instructorem, præter naturalem Patrem, vel Matrem.

Sed hic nascitur curiosum quidem dubium, videlicet, An contrahat spiritualement cognationem ille, qui tanquam Patrinus tenet puerum, jam domi ob periculum mortis baptismum, dum suppletur cæremonia in Ecclesiâ? Præmittendum pro majori intelligentia; Instructionem fidei, quæ fit ante janam Ecclesiæ per Parochum super baptizandum, cujus nomine respondet Patrinus, esse Sacram cæremonia, quæ vocatur Catechismus, ex qua contrahitur quædam spiritualis cognatio impediens Matrimonium contrahendum, sed non dirimens si contrahatur ex cap. Contracto. De Cognat. spirit. cap. 2. de Cognat. spirit. in 6. Fuit enim rationi congruum, ut sicut Patrinus tenens infantem ad fontem contrahit cum baptizato, & cum eorum genitoribus cognationem spiritualement dirimentem Matrimonium; ita Patrinus, tenens tantum in Catechismo, contraheret quædam imperfectam, & quasi inchoatam cognationem spiritualement, solummodo prohibentem, Maltrius in 4. sent. de Matrim. Sacram. disp. 7. num. 348. ubi citat Scotum, & S. Bonav. Est autem solemnis questio in Scholis Theologorum, & Canonistarum agitata, & disputata; Utrum hoc impedimentum Catechismi impediens, & non dirimens, sit sublatum à Concilio Tridentino in cit. sess. de Reform. Matrim. cap. 2. Et magna scribentium cæterva docet, illud esse omnino sublatum, propter illa Verba Tridentini Concilii in cit. cap. 2. Omnibus inter alias personas hujusmodi spiritualis cognationis impedimentis omnino sublati. Et hanc opinionem defendit Sanchez de Matrim. lib. 7. disp. 17. num. 9. Averfa q. 10. sess. 3. Pontius lib. 6. cap. 11. quos plurimi comitantur citati à Maltrio d. disp. 7. num. 349. & iterum n. 469. Cæterum contraria opinio est longè verior, ut manifestè patet, si ducamur non à multitudinis scribentium, sed ab ipsa ratione, quæ omnino demonstrat, à Tridentino Concilio non fuisse sublatum prædictum impedimentum Catechismi ex jure antiquo proveniens: nam Concilium Tridentinum in cit. cap. 2. de Reform. Matrim. sess. 24. disponere statuit solummodo de impedimento dirimente cognationis spirituales; non autem de impedimento impediens tantum: ibi Matrimonia, in quibus vel non sine magno peccato perseverant, vel ea non sine magno scandalo dirimuntur. Et ideo loquitur de Patrinis ad fontem suscipientibus: ibi, Unus, & una baptismum de Baptismo suscipiant; & paulo post; Ut baptismum de sacro fonte suscipiant, Et in fine auferendo omnia alia impedimenta, ait: Hujus spiritualis cognationis,

tionis, id est dirimentis matrimonium, quam voluit restringere ad personas ibi nominatas, itat non haberet amplius antiquam extensionem, ad Paternitatem, Compaternitatem, & Confraternitatem ex cap. 1. de cognat. spirit. in 6. de quibus Layman. lib. 5. trah. 10. part. 4. cap. 8. n. 1. Quapropter non esse sublatum impedimentum Catechismi, sed adhuc vigere, & observandum fore, præter Ugollin. Navar. Vegam, & alios fortiter defendit Emin. Cardin. de Lauræa de Imped. Matrim. disp. 36. n. 138. & nos infra dicemus in Decisionibus de Impedimentis Matrimonii.

His præcognitis, pro resolutione Omnes dixerunt Tenentem puerum, jam baptismum domi, dum cæremoniae suppletur in Ecclesiâ, non contrahere cognationem spiritualement dirimentem Matrimonium; sed affici illa, quæ impedit, & non dirimit, & ex Catechismo insurgit, Emin. Card. Toletus in Summa lib. 2. cap. 23. num. 5. & lib. 7. cap. 18. Navar. in Man. cap. 22. num. 40. & Diana par. 3. trah. 4. resol. 259. repertienda in Coordin. tom. 1. trah. 1. resol. 100. Quapropter contrahere non poterit Matrimonium cum Matre ipsius filii, quem tenet, dum factæ fuerint cæremoniae baptismales, vel cum filia sic tenta, nisi ex dispensatione Episcopi. Bonacina de Matrim. impedim. quest. 3. punct. 14. num. 6. & Emin. Cardin. de Lauræa disp. 18. art. 4. & cit. disp. 36. n. 138. Qui in disp. 38. art. ult. hanc dispensandi facultatem in Episcopo non concedit, nisi ex consuetudine tolerata à Summo Pontifice, ut patiter demonstrabimus in nostris Decisionibus de Matrimonio. Contrahit autem impedimentum hoc multo magis Patrinus tenens, dum quis baptismum sub conditione, contra Gobat d. trah. 2. n. 554.

Et quoniam ubi contracta est cognatio spiritualis, ibi peti non potest debitum maritalit. queritur, quid dicendum in sequentibus casibus. Enititur Puerpera filium, & nova Rachel paulo post moritur. Pater viduatus infantem ipsum ad fontem baptismalem tenet, deinde aliam uxorem ducit: Queritur, inquam, An jus petendi debitum ab illa habeat? Et quidem respondendum est habere: quia cum à Concilio Trident. cit. sess. 24. cap. 2. de Reform. Matrim. restricta sit cognatio spiritualis inter Patrinum, & Patrem, & Matrem baptizati, & hæc alia uxor non sit Mater, sed Noverca ejusdem baptizati; ejus Pater, & Patrinus non amisit jus petendi debitum conjugale ab ipsa. Est tamen verum, quod prædictus Pater, etsi viduatus, non erat à Parocho admittendus ad officium Patris, qui debet esse alius à Patre naturali; tum ob significatum, tum ob auxilium pueri baptizati; ut dicimus supra in hac Decisione num. 11. & dicemus infra in Decisione XXXVIII.

Alter casus concernens facultatem petendi debitum inter Conjugatos est. Maritus, & Uxor infantem vicini tenent ad Baptismum; Queritur, an prius jure petendi, ac solvendi debiti Maritalis? Dicendum est eos non privari, ea ratione, quia inter ipsos susceptores nulla contrahitur cognatio, ut communitè docent DD. quos citat, & sequitur Bonacina de Matrim. q. 3. punct. 5. §. 2. propos. 2. num. 4. Verum restitit textus in cap. ult. 30. q. 4. dicens: Quod autem uxor, cum marito in baptismo simul non debet suscipere puerum, nulla auctoritate reperitur prohibentem; sed ut puritas spiritualis Paternitatis ab omni laze, & infamia conservetur immunit, dignum esse decernimus, ut utrique infimul, ad hoc aspirare minime præsumant. Idcirco Parochi non debent esse faciles in admittendis marito, & uxore pro Patrinis in eodem Baptismo, ob reverentiam Sacramenti in hoc casu consideratam; quamvis Moraliter dicant, esse per contrariam consuetudinem abrogatum, ut innuimus supra in hac Decisione de Sacramentis in genere.

Decisione num. 8. ex Sanchez lib. 7. de Matrim. disp. 57. num. 5. & Gobato d. trah. 2. num. 570. Ego autem qui memoriam, & experientiam habeo anorum supra quinquaginta in Ecclesiâ Parochiali Sancti Petri hujus civitatis Patavinæ; nunquam vidi admissos Maritum, & Uxorem ad levandum eundem infantem ex fonte sacro.

DECISIO XXXVIII.

ARGUMENTUM.

Patrini quando sint obligati instruere filios suos spirituales in rebus fidei, & in Doctrina Christiana; nec non quando teneantur eosdem in egestate postulo alere, prærens Decisio demonstrat.

SUMMARIUM.

- 1 Patrini quando sint obligati instruere filios in fide, & lego Divina?
- 2 Et quando eos alere in egestate? & n. 4.
- 3 Actus non operantur ultra agentium intentionem.
- 4 Psychium quid sit?

Videamus modò quas obligationes contrahant Patrini levantes alienos filios de Sacro fonte; quæ quidem concernunt vel bonum anime, vel utilitatem corporis eorumdem Filiorum. Et quo ad primum genus obligationum, videre oportet An Patrini teneantur instruere filios susceptos in baptismate de rebus fidei, & de observantia legis Divine? Et in hoc respondent DD. omnes affirmativè. cap. Vos autem, de consecr. dist. 4. S. Thom. 3. p. q. 67. art. 7. & 8. Segueri in Christiano instructo part. 1. disc. 14. num. 4. Cum hac tamen limitatione, ut non urgeat talis obligatio Patrinus, nisi ubi opus fuerit; juxta expressionem Ritualis Romani in Rubrica de Sacram. Baptism. de Patrinis; ibi enim præcipitur, non esse admittendos in Patrinos, qui ignorant rudimenta fidei, & redditur ratio his verbis: Hæc nim Patrini spirituales filios suos, quos de Baptismo fonte susceperunt, ubi opus fuerit, opportund docere tenentur. Quando autem sit opus eruditione Patrinorum explicat Grassius p. 2. lib. 1. cap. 2. n. 5. videlicet, quando ipsi cum infidelibus conversantur, ut erat in primitiva Ecclesiâ; & esse potest nunc in Indiis tam orientalibus, quam occidentalibus, in quibus adhuc Paganorum magna est multitudo, vel si parentes pueri suscepti sint infideles, vel parentibus orbatus ita distaret à Parocho, ut ad discendam Doctrinam Christianam accedere non posset, ut doctè probant Regio. in praxi lib. 27. n. 34. Barbosa de Paroch. part. 2. cap. 18. num. 36. Layman lib. 5. trah. 2. cap. 9. num. 1. Marchant. in Cavallab. Mystic. trah. 2. sect. 6. propos. 1. Tambur. de Triplici Sacer. lib. 2. cap. 3. §. 2. n. 23. & Cotonius lib. 2. contror. 2. cap. 5. n. 66.

Altera obligatio Patrinorum concernit utilitatem corporalem infantium; idèd quærent DD. An Patrini teneantur alere in egestate Filios, quos è sacro fonte levaverunt? Negant aliqui ex his rationibus. 1. Quia Pater spiritualis non succedit filio, nec ius Patri. Butrius in cap. Transmissa. Qui fil. sint legit. Abbas in cap. Tanta. cod. tit. 2. Inter patrem, & filium spiritualement extat sola spiritualis necessitudo, quæ non se extendit ad temporalia. Tiracquell. in l. Si nunquam. num. 26. ubi DD. C. de Revoc. donat. 3. Actus non operantur ultra agentium intentionem. 1. Non omnis. ff. Si cert. Per. Sed intentio Patris spiritualis, dum levat filium è fonte, non est illum alendi temporaliter. Ergo. 4. Si moriatur Pater spiritualis sine propriis filijs, non succedat filius spiritualis, sed substitutus vocatus à præcedenti

denique fidelicommittente. Emin. Card. Mantica de Conject. vol. lib. 11. tit. 8. num. 18. Tiraquell. ubi sup. Ergo, 5. Quia id est aggravare hoc munus Patrimonium, ita ut pauci essent, qui subirent illud cum dedecore fidei Christianæ, ideòque Patrimonios non esse obligatos alere filios spirituales egenos tenet, inter Legistas, Antos. Corduben. in l. Si quis à liberis in princ. num. 19. ff. de lib. agnoscent. vel alien. Et ex Moralibus Gobat de Baptis. tract. 2. n. 574. ubi citat pro hac opinione etiam Guilielm. Benedicium.

Affirmantur alii plurimi ex sequentibus rationibus. 1. Cognatio spiritualis non est minor, quam carnalis, cap. Qui dormierit 27. q. 2. cap. Ita diligere. Et cap. sequenti 30. q. 3. Sed pater carnalis tenetur ad alimenta præstanda filiis legitimis, & naturalibus. cap. Jur naturale dist. 1. l. Si quis à liberis. ff. Si quis ex iis. ff. de lib. agnoscent. Ergo. 2. Pater spiritualis est magis diligendus, quam carnalis. Gloss. in cap. Pædagogium (id est charta continens petitionem) in Verb. Multo magis 30. q. 3. Sed ubi est major dilectio, ibi est major retributio. Ergo Filius spiritualis erit alendus. 3. Paternitas, & Filiatio spiritualis esse non debet inferioris virtutis, quam simplex amicitia. Sed simplex amicitia capit legata ex testamento minus solemnè. Tiraquell. in d. l. Si unquam. Verf. liberis num. 102. C. de revoc. donat. Ergo etiam spiritualis filiatio debet capere alimenta. 4. Regeneratio spiritualis emulatur generationem carnalem. Sed ex generatione carnali provenit obligatio alimentorum. Surdus de alimentis tit. 1. quest. 1. Ergo etiam ex spirituali. 5. Mandat Apostolus, ut Operemur bonum ad omnes, maxime ad domesticos fidei. Galat. 6. 10. Sed filius spiritualis est domesticus fidei. Ergo. 6. Uterius testatur idem Apostolus, quod si quis suorum, & maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit, & est infidelis deterior. 1. Tim. 5. 8. Igitur Pater spiritualis si negaret alimenta spirituali filio egeni, domestico suo, incurreret notam infidelitatis; imò esset infidelis deterior? 7. Filius non est inferioris conditionis, quam sint frater, & soror ipsius Patris. Sed redarguitur ab Apostolo frater, qui, si eius frater, aut soror nudi sint, & indigeant victu quotidiano, dicat illi, ne in pace. Jac. 2. 15. Ergo esset redarguendus etiam Pater spiritualis, qui filio spirituali, victu quotidiano indigenti, diceret, vade in pace. Quare hanc affirmativam opinionem tenent Baldus in Auth. Nisi rogati. num. 19. C. ad Trebell. Joan. Faber in l. 1. C. de elem. liber. Francus in cap. 1. de Cognat. spirit. in 6. Alex. in addit. ad Bart. in tract. Aliment. n. 17. Tiraquell. in d. l. Si unquam Verb. Et suscepti liberos, quamvis in hac opinione non resideat, n. 27. ubi DD. plurimi. C. de Revoc. donat. Benincasa in tract. Pauper. in 7. q. in 2. spec. Jud. num. 10. Decius conf. 464. n. 11. & Surdus de Aliment. tit. 1. q. 11. Quam quidem opinionem affirmativam intelligere debemus, dummodò non sint propinqui carnales ipsius pueri, qui velint, & possint illum alere, & quando Pater spiritualis sit dives, & habeat bona temporalia. Rationes autem opinionis contrariæ non obstant, quarum resolutio remittitur prudenti, & docto Lectori; & eas reperiet apud Tiraquellum d. n. 27. & seqq.

DECISIO XXXIX.

ARGUMENTUM.

Disquiratur an licitus sit baptismus datus à Parocho per immersionem? Et an validus factus sub Stillicidio? In casu necessitatis baptismus est dandus cum Aqua benedicta. Hinc Aqua benedicta quatuor præcipui effectus recensentur.

SUMMARIUM.

- 1. Immersio capitis pueri in aquam baptisterii an liceat baptizare?
- 2. Ritus baptizandi per infusionem aquæ mutari non debet.
- 3. Ritus prædiæ mutatio an sit venialis, vel mortalis culpa?
- 4. Stillidium an faciat baptismum validum?
- 5. Aquæ benedictæ antiquus usus in domibus Christianorum.
- 6. Aqua benedicta remittit peccata Venialia.
- 7. Cur servetur in ingressu Ecclesie, & Dominicis diebus fiat aspersio eius in Choro?
- 8. Displacencia culparum est necessaria ad carum remissionem.
- 9. Dæmones fugantur Aqua benedicta. Exempla de hoc.
- 10. Maleficia solvantur Aqua benedicta.
- 11. Infirmities quoque sanantur.
- 12. Adversitates depellit Aqua benedicta.

Numquam satis agi potest de casibus occurrentibus in administratione Baptismi: idcirco hic veniunt examinandi duo sequentes. Primum est: Parochus in collatione Baptismi, deficiente utreolo, accipit, infantem, & per immersionem in aquam baptisterii illum baptizat? Queritur, an licitè, & validè? Respondent infrascripti DD. & dicunt validè, sed non licitè. Ratio, quod valde, est manifesta, quia sive per immersionem, sive per infusionem aquæ, sive per asperionem Baptismus est validus. S. Thom. 3. p. 2. q. 66. art. 7. S. Cyprian. lib. 4. epist. 7. ad Magnum, quæ apud Jacob. Pamell. est 76. Layman lib. 5. tract. 2. cap. 3. num. 4. Ratio autem quare non licitè illa à Doctoribus allegatur, quia in Baptismo conferendo quilibet debet servare Ritum suæ Ecclesie; qui quidem Ritus est, non solum in Ecclesia Patavina, & tota Diocesi; sed in toto Serenissimo Venetiarum Dominio, ut Baptismus conferatur per aquæ infusionem, & ideò absque peccato immutari non debet. Bonacina de Sacram. disp. 3. q. 2. punct. 3. propos. 2. num. 18. ubi plures allegat. Barbofa de Parocho part. 2. cap. 18. num. 48. Nisi iusta causa aliter suadeat, quæ non videtur esse in nostro casu ob urceoli deficiendum; facillimè enim poterat Parochus aquam manu elevare è fonte, illamque infundere super caput pueri, formam proferendo, & sic illum baptizare. Porro an hæc ritus mutatio sit culpa gravis, vel venialis? non concordant Theologi; nam Nugnus in S. Thom. 3. part. q. 66. art. 8. tenet, esse culpam mortalem. Sed è contra esse solummodo venialem scribit Sotus in 4. dist. 3. art. 7. & Greg. Valentia tom. 4. disp. 4. q. 2. punct. 2. quibus adimplatur Gobat de Baptis. d. tract. 2. num. 63. & Diana part. 5. tract. 3. res. sol. 19. quæ habitat in Coordinato tom. 1. tract. 1. res. sol. 67.

Alter casus satis curiosus, sed factus non factus, est huiusmodi. Curatus Sacramentum baptismi ministrare cepit, sed ad fontem perventus, non reperiens clavem, videntem stillidiam è tecto Ecclesie cadentia, puerum supponit, & guttas illum tangentes profert formam Baptismi. Queritur, an validè, & licitè? Circa hunc casum infrascripti Theologi, ac Moralitæ, & Summistæ affirmant, quod validè; negant quod licitè, nisi puer fuisset in periculo mortis, & tempus non fuisset ad aperiendum baptismalem fontem. Validè igitur Parochus baptizavit, quia guttæ aquæ ex stillidione provenientes, & tangentes supposito pueri caput, sunt materia sufficiens Baptismi, ut affirmant omnes Doctores loquentes de Baptismo factò per asperionem, & in puncto Bonacina de Sacram. cit. disp. 2. q. 2.

4. 2. punct. 3. n. 20. Barbofa d. cap. 18. n. 44. de Parocho. Layman d. lib. 5. tract. 2. c. 3. sub n. 1. & Gobat d. tract. 2. de Baptis. n. 60. Non autem licitè baptizavit, quia est culpa gravis in solemnè Baptismo non adhibere aquam benedictam, imò consecratam juxta Ritum Missalis Romani in die Sabbati Sancti. Nugnus in S. Thom. 3. p. 4. 79. art. 4. Silvest. Verb. Baptismus. 2. quest. 3. & est text. in Clem. Unic. de Baptis. Bonacina ubi supra punct. 7. n. 19. & ibi alii. Gobat d. tract. 2. de Baptis. n. 41. quamvis esse solummodo culpam venialem defendat Quintanadvenas sing. 37. tract. 1. & nullam culpam in casu necessitatis, & periculo vitæ infantis baptizandi, Pasqualig. in decif. Moral. decif. 73. Gobat d. num. 41. ubi bene advertit, quòd in casu necessitatis ab obstrictibus ptiis, & timoratis, si fieri potest, infans baptizandus est aqua simpliciter benedicta à Sacerdote, & quæ servatur in domibus ad signum Crucis ferò, & manè faciendum, ob reverentiam Sacramenti.

Et quoniam hic occasio fuit nominandi Aquam benedictam, quæ in domibus fidelium conservatur; Ledores non pigeat observare ejus antiquum usum apud Christianos, de quo habetur text. in cap. Aquam. 19. de consecr. dist. 3. desumptus ex epistola Alexandri Papæ Primi, qui fuit creatus Pontifex anno Domini 109. in cap. In Sabbato Sancto. 124. in cap. Nec quoniam. 125. De consecr. dist. 4. & in cap. in capite Quadragesime 58. dist. 50. ex quibus juris bus apparet, quòd Ecclesia Catholica, usque ab initio, & suis primitivis temporibus instituit usum Aquæ benedictæ, quæ uteretur fideles in domibus privatis, & Sacerdotes in Ecclesiasticis benedictionibus, ut eruditè demonstrant Casalius de Veterib. Christ. Ritib. cap. 36. pag. 161. ubi auctoritates SS. Patrum, & Conciliorum plures allegat Magrus in Hierolex. Verb. Aqua benedicta. Ubi tum circa originem ejusdem benedictionis, tum circa virtutes Aquæ benedictæ plurimas eruditiones colligit Eminentiss. Cardin. de Laurea in epist. Can. Verb. Aqua benedicta. & Matthæolus in Sylva Historial. part. 2. lib. 7. tit. 21.

Et equidem Aqua benedicta mirabiles sunt effectus, provenientes in illos, à quibus devotè adhibetur. Quatuor autem sunt præcipui; nam. 1. Venialia peccata remittit. 2. Dæmones fugat. 3. Morbos sanat. 4. Adversitates depellit.

Primo Aqua benedicta peccata Venialia remittit, tanquam unum ex Sacramentalibus ab Ecclesia institutum ad hunc effectum, de quo egimus supra Decif. XX. ubi de omnibus Sacramentalibus studia nostri Cleri retulimus, & illam celeberrim Theologorum questionem tractavimus; Utrum Sacramentalibus deleantur peccata venialia ex opere operato, vel ex opere operantis; & quæ requirantur in homine ad dictam deletionem consequendam? Igitur Aqua benedicta delet culpa veniales in homine iusto (nam qui scienter vivit in mortali peccato non potest hunc effectum consequi, cum careat gratia Dei S. Thom. 3. p. 2. q. 87. art. 4. Gobat tract. 6. n. 229.) & hoc expressè habetur in cit. cap. Aquam 19. de consecr. dist. 3. dicente: Aquam sale conspersam in populo benedicimus, ut ea cuncti aspersi sanctificentur, & purificentur. Et subinde demonstrant congruentem virtus effectus remissionis venialium culparum ex cinere vitule, qui in lege veteri aspersus in populum, illum emundabat, & purificabat à legalibus immunditiis, juxta testimonium Apostoli ad Hebr. 9. 13. Sanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitule aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis. Et sicut sterilitas aquæ sanata fuit per Eliseum prophetam sale asperso in ipsam, si eò magis divinis precibus faceratus sal mixtus cum Aqua benedicta sterilitatem (ut habetur in eod. cap. Aquam) rerum aufert humanarum, & coinquatos sanctificat, & purgat; id est à Venialibus, ut explicat hic Glossa in d. Verb. Coinquatos. Et idem declarat variis exemplis, & testimoniis legis veteris S. Cypr. Papa in d. cap. Nec quoniam. de consecr. dist. 4. & S. Thom. 3. p. 2. q. 87. art. 3. in corp. ubi reddit rationem hujus effectus, quia scilicet aspersio Aquæ benedictæ fit cum aliquo motu reverentia in Deum, & ad res Divinas, & hoc modo operatur ad remissionem venialium peccatorum, adeò ut Nugnus in d. art. relatus à Gobat d. tract. 6. num. 240. scribat esse proximum errori in fide, si quis neget, per Aquam laicalem, verè, & propriè remitti peccata Venialia. Accedit auctoritas Sanctæ Matris Ecclesie, quæ in Ecclesie conservat ipsam Aquam benedictam, quæ si signis fideles ingredienti ad orandum, ut puriores sint coram Deo, undè solent dicere devoti, dum eam tangunt, se signaturi: Aqua benedicta deleantur nostra delicta; & singulis Dominicis diebus ante Missam Conventualis in Choro cantatur Antiphona Asperges me, Domine, & mundabor, lavabis me, & super me dealbabor. Et fit aspersio aquæ benedictæ super Clerum, & populum ad deinde peccata Venialia, ut puriori affectu iste audiat, & ille celebret Missam solemnem, quam quidem doctrinam confirmat Joan. Pineda super Job par. 1. cap. 9. pag. 360. Barbofa in collect. DD. ad cap. Aquæ. n. 3. de consecr. Eccles. vel Altar. & de Jure Ecclesiastico Universal. lib. 2. cap. 3. n. 31.

Est tamen mente recolendum, quòd ad obtinendam remissionem culparum venialium per quoddamque Sacramentale, & sic per Aquam benedictam, requiritur vel virtualis, vel formalis displacencia eandem venialium culparum; cùm enim homo per quodlibet peccatum, etiam quotidianum, & veniale, aliquomodo recedat à voluntate Dei, non est conveniens, ut condonetur ipsi hic recessus, nisi per reditum, qui quidem non est sine displacencia, & detestatione prædicti recessus. Eminent. Card. de Lugo de Penit. disp. 9. num. 23. Gobat d. tract. 6. n. 232. Formalis autem displacencia est, (exempli gratia, in incandida) quando homo elevat mentem, seu cor ad Deum, & dolens de sua imparientia, proponit sufferre patienter, aut proximi imperfectiores, aut alias adversitates. Vel qui nimis comedit, & bibit, seu mendacia officiosa dixit, vel verba scurrilia, aut leres detractiones levit, dolendo proponit in posterum ab eis abstinere. Virtualis verò displacencia exercetur, quando qui aliquod præmissorum commisit, ex amore virtutis contractum assuit operandum, per patientiam scilicet, abinentiam, silentium, veracitatem, charitatem, & consimiles actus relictionis Christianæ. Eminent. Card. de Lugo d. disp. 9. sect. 2. Dicitur ill. disp. 2. dub. 16. & 17. & Gobat d. tract. 6. n. 233. & seqq.

Secundo: Aqua benedicta fugat dæmones. Legatur S. Terefia in sua Vita. c. 31. & part. 1. epist. 33. n. 8. & part. 2. n. 7. & ibi Adden. Item Hieron. à Basilica Petri in Ephemerid. Sacris. in vita S. Ulrici d. 20. Febr. ubi scribit, quendam vexatum pauperatè vendidisse diabolo animam suam, sed cum poenitentia ductus properaret ad S. Ulricum, projectus fuit in flumen à diabolo, à quo tenebatur, ut suffocaretur. Sed occurrit S. Ulricus cum Aqua benedicta, cujus asperionem diabolus sufferre non potuit, & ideò suo mancipio relicto, aufugit.

P. Daniel Bartolus in sua Hist. Anglic. lib. 4. c. 13. pag. 312. narrat, quòd dum P. Guilielmus Uveson Soc. Jesu in Anglia exorcizaret energumenum, & cogeret diabolum discedere ex illo corpore; immandus spiritus dixit; exibo, si approbes, me in te venire. Respondit Uveson, veni, si à Deo licentiam habes. Replica vit diabolus, si à Deo licentiam venirem, siquidem si in te ego starem, cruciarem eo modo, ac si collocaer in Vase Aquæ benedictæ. His dictis discessit ab energumeno, & notum reliquit, quantum expavescat diabolus Aquam benedictam.

Idem

Idem P. Bartolus in Hist. Afie lib. 6. pag. 410. In Insula Amboina P. Ferdinandus Alvarez convertit ad fidem Idololatrias multos; cumque vellent amplam Crucem in quadam valle erigere, demones tales terramotus agebant, ut plantari Crux non posset. Pater Alvarez aperfit Vallem Aqua benedicta, qua fugati demones, terra quievit, & Crux erecta remansit.

In Sylva Historiali Matheoli part. 2. lib. 7. tit. 21. exempl. 11. Vidit Vir Religiosus multitudinem demonum in sui Monasterii aula infirmorum, in qua jacebat Frater unus moribundus. Sed aspersa aqua benedicta per alium fratrem, demones omnes auferunt.

Ibid. exempl. 12. Ex Vineen. Episc. Beluacen. narratur, quemdam Virum, vino madentem dixisse demoni existentem in alio energumeno: Egredere ex illo, & in me venias; cui demon respondit, venirem, nisi hoc mane te Aqua benedicta signasses. En igitur, quanta vis inest in lustrali Aqua ad expellendos, & terrendos demones.

10 Sed Aqua benedicta valet etiam ad impedienda maleficia. Hinc narrat Martinus Delrius Disq. Magic. lib. 6. cap. 2. sect. 3. quod viro cuidam Treviris anno 1588. mulier rustica nefcio quid ovorum obtulit, excipit pileo pedissequus; mox pileum imponit capiti; & statim ulque adeo vexari cepit dolore, ut penè desperet, confugit nefcius, quid ageret, in ædem sacram; incensum caput immergit in Vas promptum aque lustralis, convalescit. Maga comprehensa, in tortura dixit: ova sic fuisse venenata, ut gustantibus interitum, extuberationem tangentibus essent paritura.

11 Tertio: Ad morbos sanandos, & sanitatem obtinendam mirabilis est Aqua benedicta. Henric. in sum. lib. 3. cap. 13. infine, & ibi Glofs.

Habetur ex Surio in Mens. Februar. quod Sancta Brigida Virgo in Scotia leprosis duobus luem detexit, eoque Aqua benedicta aspergens sanavit.

Idem in April. S. Theodorus Archimandrita eadem Aqua lustrali, tum filium Imperatoris Mauricii, tum alium quemdam a lepra mundavit. Alium cui facies post tergum detorta erat, curavit. Sanctus Theodorus Aqua benedicens, en accipe, inquit, & hac te Aqua consperge in nomine Domini.

S. Gregorius lib. 1. Dialog. cap. 10. scribit, quod S. Fortunatus Episcopus Tudertinus, militi Gotho ex Vitigis Regis castris, qui prolapsus ex equo, crus fuerat perfractum, sanitatem illico restituit, infusa Aqua lustrali.

S. Theodoretus in Histor. Religiosa, de Aprate Eremita, & aliis, pariter scribit, B. Macedonium potu Aquæ benedictæ, datæ cuidam mulieri, quæ in morbum ingluviæ inciderat, itur in die estu triginta gallinarum non satiabat, mirabiliter retudit immoderatam illam appetitionem. Aliam pariter mulierem à crudeli mentis delirio Aquæ benedictæ potu liberavit. Et S. Parthenius Lamplacensis Episcopus Aqua benedicta paralyticos, energumenosque abstergens, mirificè curabat.

Thom. Bzovius lib. 5. de Signis Eccles. cap. 2. de Molachis ita refert: Commune est hoc omnibus Insularum illarum indigenis, ut cum febri vexantur, vel aliter adversa validudine, statim confugiant ad Templum, Aquam piacularem bibant, & protinus convalescant. S. Aldemarius Monachus Casinen. sanavit Canonicum quemdam infirmum Aquæ benedictæ asperzione. Hier. à Basilica Petri in Ephemerid. Sacris in Vita d. Sancti die 24. Martii. Et die 12. Februar. in memor. S. Riolci narrat, ab eo Matrem defunctam asperam Aqua benedicta ad vitam esse revocatum. Alia consimilia exempla facile est reperire in Vitis Sanctorum, & in Historiis Ecclesiasticis, & præcipuè in Bagatta Admirand. Ordo. Chri-

stian. in Hierolex. Magrii Verb. Aqua benedicta, & in Cina P. Bartoli lib. 4. pag. 874. ac 875. & in seculis Benedictinis noviter impressis.

Quarto: Advertentes depellit. Hinc Surius in Septemb. scribit, quod S. Lioba Virgo, Antistita Fuldenfis Partheniæ cœnobii, injecta modica lustrali Aqua, cui falem immiscuerat, à S. Bonifacio Archiepiscopo Moguntino inauguratum, compefcuit ignem loca propinqua omnia depopulantem, ne utique septis Cœnobii noceret.

Beda de gestis Anglor. lib. 1. cap. 17. S. Germanus Episcopus Antiodorensis, cum inter tumens maris fluctus Navis periclitaretur, Aquæ benedictæ asperzione, fœdam eam tempestatem sedavit.

Card. Baronius Anno 885. De rebus gestis Stephani Pape VI. Cum clades locustarum, quæ prædecefforis sui Hadriani totam patriam consepserant, male multiplicato germine nasci cœpissent, & omnia repleviscent, miserus SS. Papa afflicti populi, post orationem factam, Aquam benedixit, justique illam spargi per fata, & vineas, & nulla penitus locusta remansit.

Choppus Dialog. 1. contra Iconod. c. 3. Mures devastatas terras Christianorum conspersi Aqua benedicta auferunt in gentiliū vineas. Consimile exemplum narrat Hier. à Basilica Petri in Ephemerid. Sacris die 23. Januar. in Vita S. Urbani Episcopi. Alia haberi poterunt exempla, ac eruditiones ex Historiis sacris, quibus animarum Pastores præconizare poterunt suis populis devotionem lustralis Aquæ, ac in illis venerationem, & fiduciam accendere, præcipuè si legerint Martin. Delrium Disquis. Magic. lib. 6. sect. 3. Vers. Nonnumquid diuina. pag. 735.

DECISIO XL.

ARGUMENTUM.

Resolvitur famosa Quæstio, an contrahat cognitionem spirituale in Baptismo Procurator tenens nomine alterius? An ille, qui misit ipsum Procuratorem? Item docetur, quomodo prohibeatur esse Patrini in Baptismo?

SUMMARIUM.

- 1 Cognatio spiritualis in Baptismo an contrahatur à Procuratore, vel ab eo, qui ipse mandavit, ut ejus nomine teneret infantem?
- 2 Patrini qui esse non possunt in Baptismo?
- 3 Germani admittunt in Patrinos etiam hereticos.
- 4 Regulares non possunt esse Patrini. Et cur?
- 5 Ignorantes rudimenta fidei non debent admitti in Patrinos.

PRO complemento eorum, quæ concernunt Patrinos levantes pueros à sacro fonte; remanent explicandæ alie duæ Quæstiones. Prima est: An Patrini mittens, velesus Procurator, tenens infantem in Baptismo, contrahat spirituale cognitionem? An Procurator contrahit spirituale cognitionem? An et ob autoritatem DD. Ratio est, quia ad cognitionem spirituale contrahendam requiritur tactus physicus in suscipiendo infantem de loco sacro. cap. De bis, tangit physicè ipsum infantem, dum illum tenet in lavacro sacro. Ergo ipse est, qui contrahit spirituale cognitionem. Auctoritas Doctorum hanc opinionem confirmat; plures enim eam amplecti sunt tam Theologi, quam Canonistæ. Henricus lib. 12. cap. 12. n. ult. Azorius p. 1. lib. 2. cap. 12. Covarruvias de Sponsal. p. 2. cap. 6. §. 4. n. 6. & alii apud Sanchez lib. 7. disp. 19. n. 4. de Matrim.

A Mit-

DECISIO XLI.

ARGUMENTUM.

Discussio dubio, an madefactis aqua digitis fati sit tangere caput baptizandi? Disputatur famosa Quæstio, an licita sit Sectio ventris Matris non valentis parturire? Et an ipsa Mater teneatur pati incisionem, ut fœtus possit baptizari?

SUMMARIUM.

- 1 Digitis aqua madefactis an validè baptizetur?
- 2 Peccatum mortale est eo modo baptizare.
- 3 Mater si parere non possit, an teneatur pati incisionem Ventris?
- 4 Mulier gravida an ultimo supplicio plèndenda?
- 5 Sectio Ventris matris quando licita? & numer. 8.
- 6 Exemplum quinque fratrum caso ventre matris editorum.
- 7 Puerperæ alia sèctæ in ventre salva earum vita.
- 8 Vita matris quando sit præferenda vitæ fœtus, vel è contra?

ADhuc nascitur alia dubitatio resolvenda circa Ministrantem baptismum, quæ talis est: Sacerdos baptizans, digitis aqua madefactis, tangit caput baptizandi, formam profertendo; Quæritur, an sit validus Baptismus? Procedendum est ad resolutionem casus cum distinctione ista. Vel digitus erant admodum madefacti, ut ex eis fluere guttæ aquæ, & hoc modo applicando eisdem aquæ guttas capiti baptizandi, fecit verum Baptismum; nam quælibet ablutio, quamvis modica, etiam per simplicem asperisionem sufficit: Matrius in Theol. Moral. citat. disp. 17. num. 24. prope fin. ibi: Unde deducitur ad Baptismi validitatem sufficere posse guttas aliquot, quæ corpus tangant, cum aliqua sui divisione, & partium successione. Et latius Eminentiss. Cardin. de Lanza de Baptismo. disp. 12. num. 28. ubi sic: Quælibet duratio successiva asperisionis, vel immersionis, etiam minima, si detur, sufficit ad materiam proximam Baptismi, quia in qualibet quantumvis parva includitur essentia ablutiois. Novissimè Gobat de Baptismo. d. tract. 2. num. 46. ubi in specie nostri casus interrogatus ait: Respondi, videri mihi baptizatum, nec rebaptizandum, si, ut sepe fit, digitus fuerit probè immerfus in aquam, ac proinde dispersæ quinq; vel sex guttæ. Vel è contra digitus ita parçè erant madefacti, ut ex eis non possent fluere guttæ aquæ; sed haberent tantummodo humidum, vel adinstar sudoris? & in hoc casu censendus est Baptismus invalidus; quia dici non potest vera ablutio, quando aqua non fluit è digito, & se diffundit aliquo modo per locum, in quo fluit: & ad plus reputari debet Baptismus dubius, itaut puer sit sub conditione rebaptizandus; ex opinione ejusdem Gobati d. num. 46. ita sententis, & dubitantis, si tantum duæ, vel tres guttæ è digitis cecidissent, cui adsupplatur Tamburin. de Triplic. Jur. lib. 1. §. 1. num. 13. & §. 3. num. 22. Cotton. lib. 2. contro. 2. cap. 1. num. 13. & Franciscus de Lugo lib. 2. cap. 2. q. 1. num. 6. Porrò omnes Doctores notant, quod prædictus Parochus graviter peccaverit, baptizando puerum illo heteroclitico modo; nam debet servare vitæ Diæcesis, & abstinere ab incertitudine, & sequi tutiorem opinionem in Sacramentis. Gobat d. tract. 2. num. 46.

Porrò inter cæteras famosa, curiosa, & digna seitu est sequens instantia. Gravida mulier in octavo Mense agit animam, desperata à medicis ipsius salute; Quæritur, an pati debeat ventris incisionem, ut fœ-